Item, aliud reachetum quod asserit se habere super una posa cum dimidia terre sita loco dicto eis Escuene juxta terram Petri et Michaelis Mayor alias dou Verney a borea, plures contors a vento, affrontat terre dictorum dou Verney a lacu, et itineri a juria, quam tenet Stephanus Cuvit in vadio cum duabus aliis peciis sitis en Champ Brayer que non sunt de presenti recognicione precio sexaginta solidorum ut constat instrumento per dictum Franciscum de Verneto recepto 12 apr 1488.

20v Item, en Long Champ en Eydoz unam posam terre juxta terram Johannis Costantin a lacu, terram Petri et Jacobi Mathey a juria, affrontat terre Stephani Cuvit a borea, et terre eiusdem Stephani a vento, quam tamen tenent Petrus Grand et Michael Venard in vadio precio quadraginta soldorum ut constat lictera per Johannem Querdoux recepta 10 mar 1445.

Item, reachetum quod habetur in et super una pecia terre continente unam posam cum dimidia sita en la Goctaz juxta terram Anthonii de Curia que fuit Thome des Sauges a lacu et juria, affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey a vento, et terre Stephani Cuvit que fuit Joheneti de Prata a borea, quam tenet dicta Girarda in vadio precio \_\_\_\_\_ (several blank lines, incomplete, leaving space to record the price and other details of the sale).

Item, tenet unam falquatam prati sitam eis Esterpy partitam cum dicto Mermeto de Curia et Petro Rolet juxta pratum dicti Mermeti de Curia cum quo partitur a borea, pratum communitatis dou marest de Vouldrin a vento et juria, et pratum Petri Golliard de Monrichie a parte lacus, pro quibus premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur et debetur inclusis primo medietate duorum solidorum debitorum pro parte dicte domus que fuit Aymonodi Gollion, medietate quatuor denariorum pro certa terra de Champo quam tenet totam Mermetus de Curia ex partagio, medietate quindecim solidorum et sex denariorum et oboli necnon trium cuparum et tertii unius cupe bladi et quatuor rasorum avene pro rebus que fuerunt dicti Perreti Bocton et Vuilliermete Aye necnon sex denariis in deductione censuum alias recognitorum per Johannes Soudant pro dicta platea decemocto pedum lata que fuit dicti Soudant videlicet unum quarteronum cum dimidio et sextum unius quarteroni frumenti boni et receptibilis ad mensuram Albone quinque quarteronos cum dimidio et sextum unius quarteronum rasos dicte mensure avene receptibilis, et novem solidos quinque denarios et pictam bone monete cursibliss de censu annuali et perpetuo, quos solvere tenetur...

21 Item magis, tenet et se tenere confitetur ab eisdem dominis Romanimonsterii ad censum annum et perpetuum de bonis alias recognitis per Nycolletum seu Petrum Vaullion ex acquisito perpetuo per dictum Mermetum Corday ut dicitur facto et deinde ex dicta admodiacione sibi post prescriptam abandonacionem facta unum morcellum ochie continentem unam fosseratam cum dimidia qui antiquitus fuit Jaqueti dou Poy juxta terram Petri et Michaelis Mayor alias dou Verney a borea, pratum seu clausellum es Morellon a vento, affrontat supra magnam viam tendentem ad Monrichie a lacu, et ochie Jacobi et Petri Mathey a juria, sub annuo censu et perpetuo quatuor denariorum Lausannensium bonorum ut supra solvendarum... , actum

apud Mollens presentibus ibidem Francisco Cuvit, Hugoneto Morand, de Mollens, et Gaudio Besenczon de Ballens...

21v Preterea cum noviter et a prescripta admodiacione et confessione circa fuerunt per edicta publica in ecclesia de Mollens facta citati Lausanne coram Venerabili Domino officiali curie Lausanne omnes et singulis heredes signi essent dicti quondam Glaudii Davoyr et omnes et singuli tenementarii bonorum dicti quondam Glaudii et tamen acque titulum in eisdem habentes et habere pretendentes ad certum diem sibi prefixum audituri declarari easdem res et possessiones fuisse adjuicatas et commissas eidem Romanomonasterio ex causis in dicti edicti licteris expressis, nomine quoque ipsorum comparente fuerunt ipsius domus et alie res prescripte eidem domino Romanimonasterii die videlicet Sabbati post festum Sancti Martini Yemalis anno quo infra adjudicate et pro suis juribus et actionibus possessio earundem ipsi domino atributa ut in liceteras supra hoc factis per Grioti scribam signatis et signo manuali dicti domini officialis signatis et sigillo curie sue sitnatis plenius appet, et deinde fuerit dominus Romanimonasterii inductus in possessione dictarum domus et rerum per officiarum suos de Apples in personam sui procuratoris ad hoc dputati, Cunque postea factis prius tribus edictis sive cridis in dicat ecclesia de Mollens, si quis abbergare vellet ut solet fieri dicta bona domus videlicet et res prescripte abbergate fuerunt hodie inrascripta per eundem dominum Romanimonasterii seu eius vicarium prefato Jaquimodo Costantin ut in licteris dicti sui abbergamenti plenius appert, hinc est quod dictus Jaquemodus Costantin scienter gratis et sponte intravit et fecit homagium censerium dicti Romanimonasterii pro rebus predictis sibi ut prefectur abbbergatis, confitens propterea esse hominem censerium predicti reverendi domini commendatarii et conventus Romanimonasterii et eorum feudo et directo dominio et sub dicto homagio et censibus suprascriptis res et possessiones prescriptas sibi ut prefetur abregatas, confitens ut supra quod prefati domini Romanimonasterii habent dictorum dominium etc. ut supra, promictens pro se et suis quibuscunque juramento sui etc. et sub expressa obligacione omni et singulorum bonorum suorum contra premissa nunquam facere etc. dictos census ut supra solvere etc. et nichillo minus etc. cunctis et singulis exceptis etc. protestans etc. de quibus premissis etc. in cuius rei testimonium nos officis etc. acta sunt hec publice 20 feb 1496 ab annunciatione sumpto, with signature and paraphe of Aymonetus Pollens.

22v Mermetus de Curia de **Cluse** Gebennensis diocesie habitator de Mollens, 26 apr 1496, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in manibus Andree Perronetii quondam commissarii presencium extenterum recognitas per quondam Petrum Davoyr cum Glaudio eius fratre et que venerunt in partagium dicti Petri et que post decessum dicti Petri remanserunt vacantes per certos annos unde fuerunt deffectu tenementarii eisdem dominis Romanimonasterii adjudicate et postmodo dicto Mermeto de Curia abbergate per eosdem dominos Romanimonasterii constante instrumento dicti abbergamenti per dictum commissarii recepto et signato 20 feb 1489... , et que parciuntur in diversis locis cum Jaquemeto Constantin tenente partagium dicti quondam Glaudii Davoyr et que antiquitus fuerunt Perreti Bocton et Vuilliermete Aye,

Et primo, quoddam casale citurni situm ante domum dicti quondam Glaudii Davoyr quam nunc tenet Jaquemetus Costantin predictus cum ochiola contigua juxta domum Glaudii et Johannis Chardon que fuit Aymoneti Dallo a vento, ochiam dicti Jaquemeti Costantin a borea, et affrontat supra viam seu semitam tendentem ad Monrichie auria.

23 Item, ibi prope domum dicti confitentis que fuit edificata antiquitus super una ochia que erat dictorum Soudant cum ochia retro contigua et que fuit per dictum quondam Petrum Davoir acquisita per excampbium vel alias a dicto Soudant juxta certam partem dicte domus que dicitur de alio feudo et eciam certam partem ochie que similiter diit esse de alio feudo a vento, pertinencias domus dicti Jaquemeti Cosntantin et ochiam dicti Soudant quam nunc tenet Johannes Costantin a borea, affrontat supra viam publicam a lacu, et terre quodam Jaqueti Lambert quam tenet Franciscus Cuvit a juria.

Item, ibidem prope unam aliam ochiam continentem circa tres fosseratas juxta dictam partem domus et ochie que dicitur esse de alio feudo a borea, casale domus Petri Rossel et ortum eiusdem Rossel que tenet dictus confitens et domum seu ruetam Petri Rolet a parte vento, affrontat supra viam publicam et dicte domi Petri Rolet a lacu, et terre dicti Lambert quam tenet Franciscus Cuvit seu semite tendenti a Biroulaz ad Monrichie a parte jurie, includitur tamen in dictis limitibus unius morcellus ochie seu orti a parte occidentis seu jurie que fuit de bonis et recognicione dicti Petri Rossel et per eundem confitentem ab eodem acquisitus et sibi in presenti extenta laudatus.

Item, en Champo unam peciam terre continentem fere sex posas vel septem inclusa certa parte que fuit de bonis Johannodi Cuendoz et jam diu est excambiata in contrarium unius pecie site sus los Bon de Wespraz quam tenent les Coendoz inclusa eciam certa parte que fuit de bonis antiquis quondam Johannodi Bocton et jam diu est acquisita et certa alias parte que fuit etiam dicti Bocton et postea Johannis Maczonet a jam diu est acquisita ab eodem Maczonet et Johanne Rolet juxta terram Petri et Michaelis Mayor dictam Champ Breton et viam publicam tendentem ad Monrichie a lacu, quam aliam viam seu semitam tendentem ad Monrichie et terram dictorum Mayor et terram Jaqueti Lambert quam tenet Franciscus Cuvit vacatem a juria, affrontat terre dictorum Mayro dicte Champ Breton et terre Jaquemeti Costantin a vento, et dicte magne vie tendenti ad Monrichie a borea, et est sciendum quod dictus campus de Champo fuit per quondam Mermetum Corday qui competitabat in parte ex partagio dicti quondam Glaudii Davoyr ipsi confitenti abandonatus et remissus pro eo quod tenetur supportare totum onus de triginta solidis annualibus debitis conventui dicti Romanimonasterii ut constat instrumento dicte remissionis in presenti extenta sibi laudato.

23v Item, en Laglie unam posam terre vacantem juxta terram Johannis Soudant seu Cosntantin a vento, terram dictorum Mayor a borea, et affrontat iteneri publico a juria.

Item, ou Planoz unam posam terre juxta terram Stephani Cuvit que fuit Petri Joly et eius uxoris a borea, terram Jacobi et Petri Mathey a vento, affrontat terre quondam Jaqueti Lambert quam tenet Franciscus Cuvit a lacu, et terre Philiberti Morellon ab occidente.

Item, en Vouldrin unam peciam terre juxta terram Johannis Soudant seu Constantin a juria et lacu, et affrontat terris vacantis aborea.

Item, en Champ Clavel (clear) dimidiam posam terre juxta terram dicti Johannis Costantin a lacu, terram dictorum Mayor a borea seu pocius juria, affrontat terre heredum Petri de Mont a borea, et terre Francisci Cuvit a vento.

Item, en Champ Rion unam posam cum dimidia terre juxta terram Stephani Cuvit a borea, plures contors terrarum a vento, affrontat terre Stephani Cuvit que fuit Petri Vaullion ab oriente, et terre herendum dicti Petri de Mont a juria.

24 Item, en Mont Dillion (elsewhere Montellion or similar) dimidiad posam terre juxta terram Anthonii de Curia a lacu, terram herendum Petri de Mont a juria, affrontat terre dictorum herendum Petri de Mont quam tenet Franciscus seu Stephanus Cuvit a vento, et terre Philiberti Morellon a borea.

Item, ou Bon de Revers circa unam falquatam prati que jam diu est fuit per communitatem dictis Davoir excambiata juxta pratum Domini Nostri Ducis Sabaudie quod tenet Dominus de Mont a lacu, pratum dicti Stephani Cuvit et Jacobi Mathey a juria, pratum herendum Petri de Mont a borea, et pratum Stephani Cuvit quod fuit Joheneti de Prata a vento.

Item, en la Goctaz unam posam cum dimidia terre juxta marescum communem a lacu, terram Girarde relicte Roleti Bovey a juria, affrontat terre Anthonii de Curia que fuit Thome des Sauges a borea, et terre herendum Petri de Mont a vento.

Item, en la Condeminaz unam posam terre juxta terram Petri Rolet a juria, terram Joheneti Terraulx et Johannis de Frigidavilla a lacu, affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey a vento, et terre dicti Lambert quam tenet Cuvit a borea.

Item, reacchetum perpetuum quod asserit habere in et super uno morcello prati sito eis Mosses juxta pratum dicte Girarde Davoyr a lacu, terram eiusdem Girarde et plures contors a juria, pratum Johannis Soudant quod tenet dicta Girarda a borea, et pratum Johannis Costantin a vento, quem tenet dicta Girarda Davoyer in vadio.

Item, eis Esterpy unam falquatam prati juxta pratum dicti Jaquemeti Costantin cum quo partitur a vento, terram et pratum Petri Rolet a borea, et marescum communem a juria.

Item, et generaliter omnes et singulis alias res et possessiones quascunque tenet in villa et territorio de Mollens que fuerunt de tenemento dicti Petri Davoyr exceptis hiis que de alterius feudo reperientur movere et de quibus clare apparebit, pro quibus premissis rebus omnibus et singulis debere confitetur dictus recognoscens eisdem dominis Romanimonasterii inclusis primo medietate quindecim solidorum sex denariorum et oboli, trium cuparum et tertii unius cupe bladi, et quatuor rasorum avene pro dictis rebus que fuerunt dicti Perreti Bocton, medietate quatuor denariorum pro certa parte dicti campi de Champo que fuit Johannodi Bocton, medietate duorum solidorum pro domo dicti Jaquemeti Costantin quem habuit dictus Glaudius Davoir totam ex partagio, duodecim denariis pro dicta domo dicti confitentis et ochia retro contigua et pro ochia ibidem prope sita que fuerunt dicti Soudan et in exoneracionem censum recognitorum per Johannem Soudant tribus denariis cum obolo pro dicto morcello ochie supra inclusis qui fuit de bonis et recognitione Petri Rossel et decem denariis pro dicti terra de Champo que fuit dicti Bocton et postea Johannis Maczonet in exoneracione seu deductione censum recognitorum per Johannem Rolet videlicet unum quarteronum cum dimidia et sextum unius quarteroni frumenti boni et receptibilis ad mensuram Albone, quinque quarteronos cum dimidio et sextum unius quarteroni rasos avene dicte masure, et undecim solidos et unum vianey bone monete cursibilis

in patria Waudi de censu annuali evhiendos ? per eundem cofitentem et suos eisdem dominis Romanimonasterii et suis...

24v Item magis, tenet et se tenere confitetur supra subdicto homagio de bonis ut supra per dictos Davoyr recognitis et ex dicto abbergamento unum morcellum prati continentem dimidiam falquatam prati qui solebat esse terra situm en la Corbaz de Lestrembloz et que fuit antiquitus Remondi ? de Gollies cuius successio devenit dicto Soudant et que fuit jam diu est accensatus dictis Davoyr juxta aquam de Lestrembloz a borea, terram Jacobi et Petri Mathey a vento, pratum eiusdem confitentis quod dicitur esse de feudo de Mont a lacu, et iter publicum a juria, super quo solvit et debet Johanni Costantin tenenti bona dicti Soudant duos solidos annue pensionis, onus autem census supportat dictus Johannes Costantin ratione dicte annue pensionis... , actum apud Mollens supra cimisterium dicti loci ... presentibus ibidem Francisco Cuvit, Anthonio de Curia, et Johanne Costantin...

25v Petrus Rolet alias Bazam de Mollens filius quondam Johannis Rolet, 16 apr 1500, res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa et confinio de Mollen alias in manibus Andree Perronet quondam commissarii presencium extenterum recognitas per dictum Johannem Rolet et que antiquitus fuerunt Cecillione filie quondam Reynauldi Pou uxoris Girardi Governay et Nicole filie Girardi Pou uxoris Johannodi Bocton, et quas tenet dictus Petrus confitens ex abbergamento perpetuo hodie per eundem dominum commendatarium seu eius vicarum sibi facto de rebus infrascriptis que diu est velut vacantes fuerunt et ob defectum deservitoris et solucionis censum ad manus dictorum dominorum commendatarii et conventus reverse sunt constante instrumento manu notarii subscripti recepto et signato dicte die et anno infrascriptis, et quasquidem res alias tenuit et tenebat Johannes Maczonet quondam de Mollens et postea devenerunt et recognivit dictus quondam Johannes Rolet,

Et primo, certam partem domus sue videlicet cursum a parte boree ubi foveat situm apud Mollen supra ecclesiam cum cultina ante et pertinenciis suis qui cursus antiquitus edificatus fuit super quadam parte ochie des Soudant et qui cursus fuit antiquitus dicti quondam Johenodi Bocton juxta ochiam seu plateam Mermeti de Curia que fuit Johannis Soudant a borea, residuum dicte domus quem tenet a Nobili Johanne de Mont et de eius feudo a vento, affrontat supra carriera a parte lacus, et ochie de Mermeti sive Henrici de Curia que fuit dicti quondam Johannis Soudant a juria.

26 Item, ibidem unum aliud casale domus in manibus cuius supra Perroneti recognitum per Glaudium Davoyr et quod antiquitus fuit Johannodi Sordet cum ochia ante contigua juxta ductum cursum domus qui est de feudo Johannis de Mont a borea, carriera publicam a vento, affrontat cuidem vie a lacu, et orto dicto de Curia qui fuit Petri Rossel a juria, et se extendit dicta ochia per ante dictum cursum per metas ibidem existentes, quod casale fuit acquisitum noviter a Mermeto Cordey tunc eius possessore et sibi in presenti extenta laudatis.

Item, unam posam cum dimidia terre ad clausum redactam (=reductam) sitam subtus domum eis Morellon juxta ochiam eis Morellon a lacu, terram quam tenet Girarda relicta Roleti Bovey a juria, domum et ochiam Philiberti Morellon a borea, et terram dicte Girarde de feudo Stephani de Albona a vento.

Item, en Montey unam peciam terre continentem circa tres posas de quibus due fuerunt dicti Johnodi Bocton et alia dictarum Cecillione et Nicole juxta terram Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a borea, terram Johannis Costantin a vento et lacu, et affrontat vie tendenti ad Monrichie a juria, quam tenent les Chardon in vadio ut dicit.

Item ou Planoz unam posam cum dimidia terre vacanti cuius certa pars erat in pratum juxta terram Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a vento, terram Johannis Costantin que fuit a Soudant a borea, affrontat terre eis Morellon a juria, et terre Francisci Cuvit que fuit a Lambert a lacu.

Item, en Vouldrin unam posam cum dimidia terre juxta terram Johannis Costantin que fuit a Soudant a lacu, terram dicti confitentis a borea, et terram dicti Francisci Cuvit que fuit a Lambert a parte venti.

Item, ibidem unam aliam posam terre vacantem juxta terram dicti Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a vento, terram eis Morellon a borea, affrontat vie publice tendenti ad Monrichie a borea, affrontat vie publice tendentem ad Monrichie a juria, et terre dicti confitentis a lacu.

Item, eis Escuene dimidiad posam terre juxta terram Jacobi et Petri Mathey a borea, viam publicam a vento et juria, et terram Petri Coendoz a lacu.

26v Item, ibidem dimidiad posam terre juxta terram Stephani Cuvit que fuit Petri Joly et eius uxoris a vento, viam publicam a vento et juria et borea, et terram eis Mayor de Ballens a lacu.

Item, soz Mosses unam posam terre juxta terram heredum Petri de Mont quam tenet Girarda Davoyr a juria, terram eis Mathey a lacu, affrontat terre Hugonet Morand a borea, et terre Stephani Cuvit a vento.

Item, en Pontet dimidiad posam terre juxta terram Michaelis Venard viam publicam a juria seu vento, et affrontat terre Jacobi Mathey que fuit Johneti de Prata a parte boree seu superiori.

Item, en la Condeminaz unam posam terre juxta terram Mermeti de Curia que fuit Petri Davoyr a lacu, terram Johannis Costantin que fuit Johannis Soudant a juria, affrontat terre a Lambert quam tenet Cuvit seu modo Jacobus Mathey a borea, et terre dicte Girarde Davoyr a vento.

Item, ou Bioux dimidiad falquatam prati juxta pratum Petri Coendoz a juria, pratum Michaelis Venard a lacu, pratum Francisci Cuvit a borea, et terram dicti Francisci Cuvit que fuit a Lambert a vento.

Item, reachetum quod habet in et super duabus falquatas prati sitas en Malpraz juxta terram eis Mayor a lacu, pratum Glaudii Besenczon de Ballen quod fuit ou Rossel a juria, rivum

de la Chamberoteriz a borea, et pratum dicti Claudii quod fuit Johannodi Brito ? a vento, quas tenet idem Glaudius Besenczon in vadio ut dicit.

Item, eis Esterpy unam falquatam prati juxta pratum Mermeti de Curia quod fuit Petri Davoyr et cum quo partitur a vento, marescum communem a juria, pratum Petri Golliard de Montericherio quod fuit Girardi Champanel a lacu, et pratum quod tenet Johannis Licion de Montericherio a borea.

Item, septem denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per les Morellon super quadam casali ad ochiam redacto sito prope domum ipsorum Morellon juxta ochiam dicti confitentis suprascriptam a vento, curtinam ipsorum Morellon a borea, et casale seu pertinenciis Johannis Folliet a lacu.

Item, en Ancevroz duas posas terre que fuerunt antiquitus Johannodi Bocton alias in manibus dicti Perroneti recognitas per Johannetum de Prata et que fuerunt redditum ? et in presenti extenta laudate juxta terram Anthonii de Curia a vento, plures contors a borea, affrontat vie a juria, et terre Lambert quam tenet Cuvit a lacu.

Item, reachetum quod asserit se habere in et super medietate unius falquate prati indivisa cum Hugoneto Morand et Anthonio de Curia site eius Gollies eis Chentre dou Lavioux que fuit dicti quondam Johanodi Bocton juxta aquam de Lestrembloz a borea, et juria pratum eis Mayor a vento, et pratum dicte Girarde Davoyr quod est de feudo illorum de Albona a lacu, quam medietatem tenet dicta Girarda in vadio ut dicit.

Item, omnes et singulas alias res et possessiones quascunque tenet in villa et confinio de Mollen exceptis hiis que de alterius feudo et directo dominio moveri reperientur, pro quibus rebus omnibus et singulis debere confitetur prefatis dominis, inclusis primo duabus cupis frumenti septem solidis tribus cupas et tercio unius cupe bladi medii frumenti et medii avene et una cupa avene ad cumulum pro dictis rebus que fuerunt antiquitus dictarum Cecillione et Nicole Pou decem novem denariis cum obolo duobus rasis avene et una cupa bladi medii frumenti et medii avene pro aliis rebus supra promistue descriptis que fuerunt dicti Johannodi Bocton et duobus solidis pro dito casali quod fuit Johannodi Sordet deductis eidem primo duobus solidis et sex denariis per Johannem Morellon pro certa parte domus sue quam tenet deductis bonis ipsarum mulierum viginti denariis per Nicodi Augie de Ballen pro quadam terre sita en Lampraz quam tenet de bonis dictarum mulierum triginta denariis per Glaudium Besenczon pro parto de Malpraz dicte denariis per Mermetum de Curia pro quadam terre sita in Champo tribus denariis per Stephanum Cuvit pro quodam morcello prati subtus loz Mollin et duobus quarteronis avene rasis et quatuor denarios cum obolo per dictam Girardam Davoyr pro dicta medietate prati de Gollies et duodecim denarios per Johannem Licion pro certis terram et prato..., octo quarteros et tertium unius quarteroni frumenti boni ... undecim quarteros et tertium unius quarteroni avene ad rasos dicte mensure... et quatuordecim denarios Lausannenses seu alterius monete cursibilis de censu.... , actum apud Romanimonasterium ... presentibus ibidem Jacobo Terraull de Ballen, Michaele Venard, Johanne Morellon, et Hudriodo Costantin de Mollen, et Aymone Mestraulx, et Johanne Golliard de Monrichie...

28 Franciscus Cuvit filius quondam Petri Cuvit et Stephanus eius frater clericus de Mollens, 27 apr 1496, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in manibus Andree Perroneti recognitas per Jaquetum Cuvit eorum patruum et que antiquitus fuerunt tam Johneti Cuvit, Perreti Cuvit, Nycolay Reymond, Ysabelle et Jaqueti dou Pey (elsewhere dou Poys), Reymondi de Golliez quam Stephani Buelley (elsewhere Boelly) et certorum aliorum, et quas licet in precedentis extensis fuit in diversis particulis cognite hic tamen tamquam de singulis sufficienter informati recognoscunt et specificant ut sequentur,

Et primo, dictus Franciscus pro se et insolidum domum suam in qua residet sitam apud Mollens ante ecclesiam cum curtina ante contigua que in precedenti extenta fuit cogniti in diversis particulis ex quibus una a parte boree fuit Johannodi Addellin et jam diu est accensata suis predecessoribus juxta carreriam publicam a borea, ortum ecclesie a vento, affrontat supra quandam viam communem ex oriente seu lacu, et curtine domus ecclesie a parte jurie, supra qua parte que fuit dicti Addellin solvere solebant eius predecessores heredibus suis quatuor decim denarios annue pensionis quos asserunt fuisse acquisitos et de quorum acquisitione satisfecerunt de laude.

28v Item, ante dicatum domum tenet dictus Stephanus unum morcellum orti continentem circa unam fosseratam juxta dictam carreriam a borea, ortum dicti Francisci cum quo partitur a vento, et vias publicas a juria et lacu.

Item, ibidem dictus Franciscus unum ortum partitum cum precedenti continentem unam fosseratam cum dimidia inclusa certa parte que fuit de bonis et recognitione dictorum Mathey a parte venti sibi excambiata et in presenti extenta laudata inclusa eciam certa alia parte a parte venti que fuit de bonis et recognitione quondam Jaqueti Lambert jam dudum acquisita et in presenti recognitione eo quod dictus Franciscus confitens tenet tenementum dicti Lambert ex abbergamento novo huic recognitione unita et laudata juxta ortum dicti Stephani prescriptum a borea, et vias publicas ex aliis partibus.

Item, dictus Franciscus pro se unum alium morcellum ochie situm in eadem villa en Mievillaz quie fuit antiquitus Stephani Buelley continentem circa dimidiad fosseratam juxta ochiam Jacobi Mathey que fuit de presenti recognitione et divisoria ab eadem a borea, ochiam Girarde relicte Roleti Bovey a parte venti, viam publicam a parte lacus, et ochiam dicti Francisci confitentis que fuit Jaqueti Lambert a juria, super qua solvere solebant heredibus dicti Buelley sexdecim denarios pensionis quos asserunt acquisitos unde satisfecerunt et laudatus.

Item, ipsi ambo divisum et per medium et Franciscus a borea unum morcellum ochie situm en Arsillier continentem duas fosseratas juxta semitam tendentem ad Ballen a borea, ochiam Petri Grant a parte venti, viam publicam a juria, et terram Petri Rolet a lacu.

Item, dictus Franciscus per se unam posam terre et dimidiad falquatam prati sitam en Lestrembloz juxta terram Jacobi et Petri Mathey a lacu, aquam de Lestrembloz a vento, et pratum heredum Petri de Mont vulgaliter dictum Marest Girard a borea.

Item, ibi ambo fratres per medium et Franciscus a lacu unum massum terre continentem novem posas situm loco dicto en Vouldrin ex quibus sex pose fuerunt antiquitus Ysabelle dou

Poys et alie Johanneti et Perreti Cuvit juxta terram dicti Francisci que fuit Jaqueti Lambert a juria, pascuam communem et pratum eis Matheys et eis Chardon a lacu, affrontat terre Petri Grand a borea, et maresco de Vouldrin a vento.

29 Item, dictus Stephanus pro se en Rochevroz unam posam terre juxta terram Petri et Michaelis Mayor de Ballens a vento, pratum eis Morellon quod fuit Joheneti de Prata a borea, pratum dictorum Morellon a lacu, et terram dictorum Mayor a juria.

Item, dictus Franciscus per se unam posam terre sitam ou Bioux juxta terram Petri Coendoz alias Grant a juria, terram Michaelis Venard a lacu, affrontat terre dictorum Mathey a vento, et prato Petri Rolet a parte boree.

Item, dictus Stephanus per se en Montey dimidiad posam terre juxta terram Glaudii Chardon et fratrū suorum que fuit Petri Joly a juria, terram quondam Glaudii Davoir quam modo tenet Morellon a lacu, affrontat terre Johannis Costantin a borea, et terre Michaelis Venard a vento.

Item, dictum Franciscus per se unam falquatam cum dimidia prati site ou Lavioux en Lestrembloz juxta pratum dictorum Mathey a juria, pratum eiusdem confitentis a lacu, pratum heredum Petri de Mont a borea, et aquam de Lestrembloz a vento.

Item, dictus Stephanus per se unum morcellum prati situm en Longes Males alias eis Chaulx continentem sex falquatas prati juxta pratum eis Coehdoz et Johannis Costantin a juria, pratum Girarde Davoyr relicte Roleti Bovey et Michaelis Venard a borea, pascuam communem Johannis Costantin a vento, et pratum dicti Francisci Cuvit et parcioriorum suorum a parte lacus.

29v Item, dictus Franciscus per se unum morcellum prati situm en Cumunallies juxta pratum eis Coendoz a borea, pratum dicti Lambert quod modo devent dicti Coendoz a juria, pratum Johannis Costantin a vento, et pratum Michaelis Venard a lacu.

Item, dictus Franciscus per se unam falquatam parti sitam en Longe Males juxta terram dicti Lambert quam tenet dictus Franciscus ab oriente, et pratum Johannis de Mont domicelli a juria.

Item, dictus Franciscus per se unum falquatam prati sitam ou Bioux in precedenti extenta in duabus particulis recognitam juxta pratum heredum Petri de Mont, videlicet Nobilis Glaudii de Lavignye, ab oriente, pratum Johannis Venard et Michaelis eius fratri a juria, affrontat pluribus contors a borea, et pratum (should be prato) Glaudii Coendoz a vento.

Item, dictus Franciscus per se unam peciam terre continentem tres posas sitas en Morvel alias es Oyes inclusa quarta parte a parte venti que fuit de bonis et tenemento dictorum Coendoz et jam diu est accensate juxta terram eiusdem Francisci Cuvit que fuit ou Rossel a vento, terram dicti Stephanii Cuvit a borea, affrontat terre dictorum Mathey a lacu, et iteneri a juria, super qua parte inclusa solvunt et debent dicti fratres Petro Coendeoz et eius sorori uxoris Michaelis Venard octo denarios Lausannenses de pensione annuali.

Item, dictus Stephanus per se medietatem pro indiviso cum Jacobo et Petro Mathey unius morcelli prati siti en Revers continentis unam falquatam levatis prius tribus auden ? per eosdem Mathey et Costantin juxta pratum petri Mayor de Ballens a borea et vento, pratum Hugoneti Morand ex occidente, et pratum Mermeti de Curia a lacu.

30 Item, dictus Franciscus per se unam posam terre sitam loco dicto en la Palaz ex qua Jaquetus Lambert tenebat alias et recognovit medietatem et que est reempta et sibi in presenti extenta laudata juxta terram Michaelis Venard a vento, terram Johannis Costantin a borea, affrontat terre Hugoneti Moran a lacu, et terre Jacobi Mathey a juria.

Item, dictus Stephanus per se unam posam terre sitam en Champ Rion juxta terram eis Morellon que fuit a Folliet a borea, terram Mermeti de Curia que fuit Petri Dvoir a vento, affrontat terre herendum Petri de Mont a juria, et terre Francisci Cuvit et Michaelis Venard a lacu.

Item, dictus Stephanus per se unam posam cum dimida terre et prati sitam en Fol alias ou Pontet seu en Perrewit juxta terram Michaelis Venard a vento, pratum quondam Petri Vaullion a borea, viam publicam a parte orientis, et pratum herendum Petri de Mont a juria.

Item, dictus Stephanus per se unam posam terre sitam en Morvel que fuit antiquitus Reymondi de Golliez et jam diu est accensata juxta terram dicti confitentis que fuit Glaudii Dvoir a borea, terram dicti confitentis de feudo Johannis de Albona a vento, affrontat vie publice a juria, et terre dicti confitentis que fuit Joheneti de Prata a lacu, super qua solvebantur heredibus dicti Reymondi de Golliez sex decim denarii per annum quos asserunt reemptos unde sunt in presenti recognicione laudati.

Item, dictus Franciscus per se unam falquatam cum dimidia prati sitam loco dicto ou Planoz juxta terram dicti Francisci que fuit a Lambert a parte jurie, pratum herendum Petri de Mont a lacu, terram Johannis Costantin a parte boree, et terram Johanneti Terraule quam nunc tenet Jacobus Mathey a vento.

Item, dictus Franciscus per se dimidiad posam terre sitam en Revers alias en Crousaz juxta terram Michaelis Venard a borea et vento, et affrontat terre Hugoneti Morand a lacu, et terre Mermeti de Curia a juria.

30v Item, dictus Franciscus per se unam posam cum dimidia terre sitam en Rosset juxta terram Petri Grand alias Coendoz a lacu, terram Philiberti Morellon a juria, affrontat terre dictorum Mathey a vento, et terre Mermeti de Curia a borea.

Item, dictus Stephanus per se unam posam terre sitam en Serzin alias ou Passioux juxta terram Petri et Michaelis Mayor a lacu, terram eis Mathey a juria, pratum quondam Roleti Bovey et Girarde eius relicte a vento, et communia ? a borea.

Item, dictus Franciscus per se duas partes pro indiviso cum les Mathey unius morcelli prati continentis tres falquatas sitas eis Golliez alias en Lestrembloz juxta aquam de Lestrembloz ab oriente et vento, pratum herendum Petri de Mont a borea, et pratum dicti confitentis prelimitatum a juria.

Item, generaliter omnes et singulas alias res et possessiones si quas alias tenent de feudo et directo dominio dicti Romanimonasterii, pro quibus premissis omnibus et singulis rebus debere confitentur ipsi fratres eisdem dominis Romanimonasterii inclusis primo sex solidis pro rebus que fuerunt dicti Joheneti Cuvit, sex solidis pro aliis rebus que fuerunt dicti Nicolay Reymond, decem solidis et duobus denariis ex una parte et quatuor solidis et quatuor denariis pro certis aliis rebus prescriptis que fuerunt Perreti Cuvit, quinque denariis pro certa parte dicti massi de Vouldrin que fuit Ysabelle dou Poys, et eciam quatuor decim denariis et duabus partibus unius denarii predictis duabus partibus dicti prati de Gollies que fuerunt Jaquete et Ysabelle dou Poys, videlicet omnibus inclusis, viginti octo solidos et duos denarios bone monete cursibilis in patrie Waudi de censu annuali solvendos... , actum apud Mollens... presentibus ibidem Petro Rolet, Hugoneto Morand, et Joheneto Terraulx...

31v Idem Franciscus preterea (27 apr 1496) tenet et se tenere confitetur ab eisdem dominis commendatario et conventu Romanimonasterii de eorum feudo et directo dominio et de bonis alias recognitis per Johenetum de Prata ex acquisito per eum facto a Nicodo Bertollet et Perroneta eius uxoris nepte dicti Joheneti constante instrumento in presenti recognoscione exhibito et laudato, unam posam terre sitam en Revers alias en Crousaz juxta viam publicam a parte boree, terram Hugoneti Morand et dicti confitentis a parte venti, affrontat terre heredum Nobilis Petri de Mont a lacu, et communi de Mollen a juria, sub annuo et perpetuo censu decemocto denariorum Lausannensium bonorum solvendorum per eundem confitentem et suos juramento suo ad Sancta dei Evvangelia corporaliter prestito... , actum apud Mollens in domo habitacionis dicti confitenti, presentibus ibidem Petro Rolet et Hugoneto Morand et Joheneto Terraulx...

32 Dictus Stephanus Cuvit preterea (27 apr 1496) tenet et se tenere confitetur ab eisdem dominis Romanimonasterii et de eorum feudo et directo dominio res et possessiones sequentes sitas in villa et confinio de Mollens per eum ut infra habentur acquisitas,

Et primo, de bonis alias recognitis per Johenentus de Prata et ex acquisito per eum facto et in presenti extenta exhibito et laudato unam posam terre sitam en Vouldrin juxta terram Jacobi et Petri Mathey a juria, terram Johannis Costantin a lacu, affrontat terre dictorum Coendoz alias Grand a borea, et pascue communi a vento, sub annuo et perpetuo censu sex denariorum Lausannensium bonorum solvendorum in manibus receptoris dicti Romanimonasterie in festo Nativitatis Domini cum Petro Grand equatoris.

Item, unam falquatam prati vel circa sitam loco dicto ou Bon de Revers juxta pratum dictorum dominorum Romanimonasterii a juria, et commune de Mollens a lacu et borea, sub annuo censu quindecim denariorum Lausannensium bonorum cum Stephano Cuvit, Petro Lambert de Ballens, et Petro Grand equatorum ut supra solvendorum.

Item, dillay de Montey unam posam terre vacantem juxta viam publicam a juria et vento, terram Petri Morellon seu liberorum suorum a lacu, et pascuam a borea.

Item, subtus molendinum unam chinntiam prati juxta chinntiam seu pratum Johannis Costantin a borea, pratum dictorum Mathey a vento, aquam dou Veron ab oriente, et pratum Michaelis Lambert de Ballens quod fuit Petri Rossel a juria, quam tamen tenere solebat Petri de Coquina.

Item, en Chambrayer (elsewhere Champ Brayer) unam posam terre juxta terram Petri Coendoz alias Grand a juria, terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a lacu et vento, et terram quondam Glaudii Davoyr quam tenet Jaquemetus Costantin a borea, pro quibus rebus ultimo limitatis debere confitetur prefatis dominis Romanimonasterii inclusis primo duodecim denariis pro dicta chintria et residuo pro aliis rebus videlicet, tres solidos bone monete cursibilis et unum quarteronum cum dimidio avene ad rasum ad mensuram Albone de cenu annuali ut supra.

32v Item magis, de bonis alias recognitis per Petrum Joly et eius uxorem ex acquisito per eum ut dicit facto a domino de Mont post confiscationem persone et bonorum eiusdem Joly et sibi in presenti estenta laudato acque confirmato res sequentes,

Et primo, eis Escuene unam posam cum dimidia terre vacantem juxta terram Petri et Michaelis Mayor alias dou Verney a lacu, iter publicum a jurano, terram Petri Rolet a borea, et terram seu nemus dictorum Mayor a vento.

Item, subtus loz Chasney unam posam terre in memoribus vacantem juxta terram seu nemus Petir Rolet a lacu, iter publicum a jurano, terram dicti Rolet a borea, et plures contors terrarum a vento.

Item, ou Planoz unam chintriam prati et unam posam terre juxta terram Mermeti de Curia que fuit Petri Dvoir a vento, terram Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a borea, et affrontat terre deis Morellon de feudo Stephani de Albona a juria.

Item, in Fontannallan unam posam terre vacantem juxta iter publicum a juria et borea, terram Philiberti Morellon a vento, et affrontat terre ipsius confitentis a lacu.

Item, ibidem en Fontannallan tres posas terre vacantes juxta terram Johannis Costantin ex oriente, terram eiusdem confitentis a juria, terram Francisci Cuvit que fuit Jaqueti Lambert a borea, et affrontat terre dictorum Morellon a vento.

Item, en Champo unam peciam terre continentem unam posam terre vel circa juxta terram confratrie de Mollens a vento, planchias vacantes a borea, et affrontat super iteneri tendenti ad Monrichie a lacu.

Item, subtus Mollin unum morcellum prati quod antiquitus fuit Johannodi Bocton et deinde dicti Joly et eius uxoris juxta pratum dicti confitentis quod fuit ipsius Joly a vento, et pratum Johannis de la Chinaulx [et] Johannis Costantin a borea, aquam dou Veron ex oriente, et pratum Johenet de Prata quod nunc tenet dictus confitens [a lacu ?].

33 Item, en Fontannallain ? duas posas terre vacantes que antiquitus fuerunt Johannodi Sordet et postea dictorum Joly et eius uxoris juxta plures contors a vento, terram dicti Francisci Cuvit que fuit Jaqueti Lambert a borea, et iter publicum tendens ad Monrichie a juria, pro quibus rebus debere confitetur dictus Stephanus recognoscens eisdem dominis Romanimonasterii facta exquacione cum aliis tenementariis ut decuit videlicet novem denarios Lausannenses de censu annuali ut supra solvendos.

Item, tenet sub eodem censu alias res si que sint de feudo dicti Romanimonasterii moventes quas ad presens ignorat.

Item magis, tenet et se tenere confitetur de bonis et recognicione Petri Rossel ex acquisito per eum facto constante instrumento per Petrum Malliez recepto in presenti recognicione exhibito et laudato unam posam terre sitam ou Soul juxta terram heredum Petri de Mont domicelli a parte lacus, terram Petri Coendoz a juria, terram eis Mathey a vento, et pratum Mermeti de Curia de feudo domini de Mont a borea, pro aqua debere confitetur prefatis dominis Romanimonasterii sex denarios Lausannenses de censu ut supra solvendos.

Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione Jaqueti dicti Lambert ex acquisitis per ipsum factis et sibi laudatis res sequentes,

Primo, terciam partem unius pose terre sitam en Chambrayer (=Champ Brayer) juxta terram eiusdem confitentis que fuit Joheneti de Prata a juria, et plures contors a lacu.

Item, ou Soul dimidiam posam terre juxta terram eiusdem confitentis a juria, et terram Petri Coendoz a lacu.

Item, unam posam terre sitam en Vouldrin juxta terram eiusdem confitentis a lacu, et terram Johannis Soudant a juria.

Item, en Bougerit unam posam terre juxta plures contors a borea, et terram Johannis Constantin et pratum eiusdem confitentis quod fuit dicti Joheneti de Prata a vento, onus autem census supportat Franciscus Cuvit ratione reachetorum perpetuorum sibi remaniorem ?

33v Item magis, tenet et se tenere confitetur ut supra de bonis et recognicione Glaudii Davoir ex acquisito per eundem confitentem facto a Mermeto Juenyn alias Cordey sibi in presenti extenta laudato unam posam cum dimidia terre sitam eis Escuene juxta terram eis Mayor de Ballens a borea, et plures contors a vento, onus autem census supportat Jaquemetus Costantin ractione reacheti confitens in super quod prefati domini Romanimonasterii habent in et super dictis rebus omnibus et singulis directum dominium cum dictis censibus... , presentibus Hugoneto Morand et Francisco Cuvit...

34 Another for Franciscus Cuvit, 27 apr 1496, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in manibus quondam Andree Perroneti recognitas per quondam Johannem Lambert et Jaquetum eius filum, et que antiquitus fuerunt Vuilliemete filie Jaqueti Soudant uxoris Lamberti Curto patris dicti Johannis et certarum aliarum personarum infranominatarum, et que post decessum dicti Jaqueti Lambert, remanserunt vacantes in certa parte et alie fuerunt alienate unde deffectu tenementarii eisdem dominis Romanimonasterii adjudicate fuerunt et ad manus ipsorum reverse, et quas tenet et possidet sub eodem homagio per alterum dictorum suorum liberorum desserviendo prout infra ex abbergamento perpetuo sibi per eosdem dominos Romanimonasterii facto nomine et ad opus alterius liberorum suorum et in presenti extenta exhibito, et quas res licet in precedenti extenta diffussus et in diversis particulis ac sub generalitate fuerunt recognize hic in presenti recognicione tamquam bene informatus recognoscit, specificat, et declarat prout sequentur,

Et primo, casale domus dicti quondam Jaqueti Lambert cum curtina ante situm in villa de Mollens ante domum eis Soudant seu Johannis Costantin juxta ochiam Johannis Costantin a borea, viam publicam a vento, affrontat carrerie tendenti ad Biroulez a juria, et ochiis dicti confitentis infrascriptis a lacu, quod casale tenetur infra tres annos proximos reducere ad domum habitabilem ut in eadem residendo de homagio deservientur.

34v Item, quandam ochiolam sitam ibidem juxta viam publicam a vento et juria, ochiam subscriptam a borea, et ochiam eis Morellon a lacu.

Item, ibidem quandam aliam ochiam continentem duas fosseratas inclusa medietate eiusdem sibi Petrum et Michaellem Mayor divissa in partagium et commutacione certarum aliarum rerum que erant cum eisdem indivise juxta ochiam curati de Mollens a borea, ochiam Domini Francisci de Verno que fuit Petri Rossel et eis Venard eciam a borea, ochiam eis Morellon a lacu et vento, et curtainam dicte domus a juria.

Item, retro Chie Rossel unam magnam posam terre in qua est inclusa certa ochia a parte venti que modo cum terra aratur juxta semitam tendentem ad Monrichie a lacu, terram Jacobi et Petri Mathey a juria, affrontat vie publice tendenti ad montanam a vento, et terre confratrie de Mollens a borea.

Item, ou Planoz unam posam terre juxta plures contors terrarum a juria, terram eiusdem confitentis que fuit Petri Cuvit a lacu, affrontat terre dictorum Mathey a vento, et terre Johannis Costantin a borea.

Item, circa unam posam terre sitam en Bougerit juxta terram Jacobi et Petri Mathey predictorum a vento, terram Hugonet Moran et Johannis Costantin a borea, affrontat prato dictorum Mathey a lacu, et terra eorundem Mathey a juria.

35 Item, en Chambrayer (=Champ Brayer) unam posam cum dimidia terre juxta terram Girarde relicte Roleti Bovey a vento, plures contors terrarum a borea, affrontat terre dicti Lambert quam modo tenet Stephanus Cuvit infrascripte a juria, et prato dicti Cuvit des Communallies a lacu.

Item, ibidem en Champ Brayer circa unam posam terre juxta terram dicti Costantin a borea, terram dictorum Mayor a vento, affrontat prato dicti Costantin a lacu, et terre dicti Stephani Cuvit que fuit dicti Lambert infrascripte a juria.

Item, ou Lavioux eis Gollies unam falquatam prati cum dimidia juxta pratum dictorum Mayor et dictorum Mathey a borea, pratum Michaelis Venard a vento, pratum dicte Girarde relicte Roleti Bovey a parte lacus, et aquam de Lestrembloz a juria, quas quatuor pecias terre et prati proxime scriptas tenent liberi Glaudii Grant alias Coendoz in securitatem tanquam fidejussione ? pro dicto Lambert de viginti libris pro quibus debentur cappelle Sancti Blasii viginti solidi annui redditus.

Item, en Champo unam peciam terre in dumis fere reversam juxta terram Mermeti de Curia a parte lacus, viam tendentem ad Monrichie a juria, affrontat terre eis Mayor a vento, et vie tendenti ad Monrichie a borea.

Item, en la Singez en Muratel tres posas terre in diversis particulis in precedenti extenta recognitas juxta terram Michaelis Venard quam tenet Michael Lambert de Ballens a lacu, terram Hugoneti Morand a juria, et affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey a borea, et terre Petri Grand a vento, quas modo occupat Johenetus Terraual de Ballens.

Item, en Serzin alias ou Passioux unam posam terre cum quandam chintria prati in precedenti extenta in duabus particulis recogniis juxta terram Jacobi et Petri Mathey a juria, terram Petri Coendoz alias Grand a parte lacus, affrontat prato dictorum Mathey a vento, et prato heredum Nobilis Petri de Mont videlicet Glaudii de Lavignye a borea.

Item, unam posam terre sitam ou Chargioux juxta terram communitatis de Mollens a borea, terram dicte Girarde relicte Roleti Bovey a vento, affrontat vie publice tendenti ad Biroulaz a parte lacus, et certis planchiis vacantibus a juria.

35v Item, en Champ Brayer unam peciam terre continentem tercium unius pose juxta terram Stephani Cuvit que fuit Joheneti de Prata a juria, plures contors terrarum a lacu, affrontat terre quandam Glaudii Dervoir quam nunc tenet Stephanus Cuvit a borea, et terre dicti Cuvit que fuit ipsius Lambert a vento, quam tenet idem Stephanus Cuvit in vadio.

Item, subtus Mollen unam posam terre juxta terram 9deīaz? (perhaps condeminariam?) a vento, viam publicam a borea, affrontat magne vie tendenti ad Beriam ab occidente, et terre dicti Francisci Cuvit confitentis a lacu, quam tenent Jacobus et Petrus Mathey in vadio precio lx solidorum.

Item, en Chasney unam posam cum dimidia terre vacantem juxta plures contors terrarum a borea, terram Stephani Cuvit que fuit Petri Joly a vento, viam publicam a juria, et affrontat certis planchiis Johannis Costantin a parte lacus.

Item, subtus villam en la Palaz dimidiā posam terre inclusa medietate a borea que fuit alias excambiata per Johenetum Venard in contrarium unius pecie terre site eis Rippes juxta terram dicti Francisci confitentis a vento, terram Johannis Costantin a borea, affrontat terre Hugoneti Morand a lacu, et terre dicti confitentis desoz villaz prescripte a juria.

Item, ou Soul dimidiā posam terre juxta terram Petri Grand alias Coendoz a lacu, terram Stephani Cuvit a juria, affrontat terre dictorum Mathey a vento, et terre et prato Mermeti de Curia que et quod fuerunt Petri Davoyr a borea.

Item, en Vouldrin unam posam terre juxta terram Stephani Cuvit a lacu, terram Johannis Soudant seu Johannis Costantin a juria, affrontat terre heredum Petri Coendoz a borea, et terre Stephani Cuvit a vento, quas duas pecias dou Soulz et de Vouldrin tenet Stephanus Cuvit in vadio.

36 Item, en Longe Malez unam falquatam cum dimidia prati juxta pratum dictorum Mathey a lacu, pratum dicti Stephani Cuvit et plurium aliorum a juria, pratum Michaelis Venard et dicti Stephani Cuvit a vento, et pratum dicte Girarde relicte Roleti Bovey a borea.

Item, ou Natey unam falcatam prati in precedenti extenta in duabus particulis recognitam juxta rivum de la Chamberoteriz a juria, pratum Petri Rossel a lacu, et pratum eis Mathey a borea.

Item, ibidem eis Chaulx quartam partem pro indiviso cum Gaudio de May alias Arsonarrez de Biroulaz pro quarto, Johanne Costantin pro quarto, et Petro et Michaele Mayor pro quarto duarum falquatarum prati juxta pratum dicti Costantin a borea, communem a vento et juria, et pratum Michaelis Venard a lacu.

Item, eis Escuenes dimidiata falquatam et plus prati juxta pratum dictorum Mayor cum quo partitur a lacu, terram dicti Stephani Cuvit que fuit dicti Lambert a juria et vento, et terram dicti Stephani Cuvit que fuit Glaudii Davoir a borea.

Item, eciam res sequentes que antiquitus fuerunt Hugoneti Pela,

Primo, en Tieriz dimidiata posam terre juxta terram Johannis Folliet a juria, terram dictorum Mathey a lacu, affrontat terre quandam Roleti Bovey quam tenet Jacobus Mathey a borea, et vie publice a vento, quam tenet idem Folliet in vadio.

Item, en la Goctaz duas posas terre juxta terram dicti Johannis Soudant quam tenent les Grand a borea et vento, affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey que fuit ou Rossel a lacu, et pascue communi a juria, quas duas posas tenet Philibertus Morellon in vadio.

Item, ibidem contigue en Longboy unam posam terre juxta terram Petri Grand a borea, terram Johannis Costantin a vento, affrontat terre Jacobi Mathey quadam semita intermedia a juria, et iteneri a parte lacus, quam noviter redemit dictus confitens a dictis Grand qui habebant eam in vadio.

36v Item, eciam res sequentes que antiquiter fuerunt Nicole filie Jaqueti Bergoz ? (possibly Beegoz or Becgoz = modern Bégoz ?),

Primo, en Bougerit unam posam terre juxta plures contors a borea, terram Johannis Costantin et pratum Stephani Cuvit quod fuit Joheneti de Prata a vento, affrontat prato dictorum Mathey a lacu, et terram eorundem Mathey a juria, quam tenet dictus Stephanus Cuvit in vadio maxime medietatem.

Item, en Desteller unam posam terre juxta terram Petri Grand que fuit dicti Joheneti de Prata a lacu, terram predicti Petri Grand que fuit Aymoneti Coendoz alias Grand a juria, affrontat terre heredum Nobilis Petri de Mont a borea, et terre dicti Francisci Cuvit a vento, quam noviter redemit a dictis Grant.

Item, dimidiam posam seu falquatam prati sitam ou Bon juxta pratum eis Mayor a borea, pratum Stephani Cuvit quod fuit a Chapponet a vento, et affrontat eis Deux Bon a juria et lacu, quam occupat modo Nicodus Augie de Ballens.

Item, es Sallieux unam posam terre vacantem alias en Forchie ultra villam juxta terram eis Morellon vacantem a borea et vento, affrontat terre liberorum Nicodi de Albona a lacu, et iteneri publico a juria.

Item, eciam res sequentes que antiquitus fuerunt Rolete filie Johannodi Gollion,

Primo, tres posas terre sitas versus molendinum de Gollies loco dicto en la Perrousaz juxta terram Hugoneti Morand a vento, terram heredum Petri de Mont a borea, affrontat aque Veronis ex oriente, et terre Michaelis Venard a juria, quas modo tenent in vadio les Chardon.

Item, en Muraz unam falquatam prati juxta pascuam communem a borea, pratum Johannisi Folliet a vento, et aquam Veronis ex oriente, quam tenet dictus Folliet in vadio ut supra.

Item, ou Chanoz duas posas terre inclusa quadam particula que fuit de bonis Johannis Soudant et sibi per Johannem Costantin excambiata in contrarium unius morcelli ochie siti versus Chie Lamaron juxta terram curati de Mollen que est de feudo de Gallera a lacu, pratum Nobilis Glaudii de Lavignie a juria, affrontat terre Jacobi Mathey et chintrie Johannisi Costantin a borea, et iteneri publico a vento.

37 Item, en Champ Clavel unam posam terre juxta terram Francisci de Gallera quam tenebat idem Lambert a juria, terram dicti Stephani Cuvit que fuit Johannodi Mestralet a lacu, affrontat pascue a borea, et terre Michaelis Venard a vento.

Item, en Revers unam chintriam prati subtus la Chargeoulaz continentem dimidiam falquatam prati juxta pratum Nobilis Glaudii de Lavignye a borea, pratum Jacobi Mathey a vento, pratum curati de Mollens ab oriente, et pratum dicti Mathey et Stephani Cuvit a juria, in qua tamen Petrus et Michael Mayor de Ballens habent medietatem.

Item, ibidem prope unam aliam chintriam prati loco dicto en Revers cuius confines ignorat.

Item, quartam partem pro indiviso cum Gaudio de May pro medietate et dictis Mayor pro quarto dimidiam falquate prati site eis Chaulx juxta pratum dicti confitentis prescriptum a borea, pratum Michaelis Venard a vento, et pratum Stephani Cuvit a juria.

Item, et generaliter omnes et singulas alias res si que alie sint que fuerunt de tenemento et hereditate dicti quondam Jaqueti Lambert exceptis hiis que de alterius feudo et directo dominio moveri reperientur, pro quibus rebus omnibus et singulis debere confitetur virtute et pretextu dicti abbergamenti quantitates infrascriptas in quibus includuntur particule in precedentibus extensis descripte et quod super est est (sic) de augmento in dicto abbergamento facto deductis tamen per eundem confitentem sex denariis pro quodam morcello orti sito ante domum dicti confitentis et cum orto suo incluso qui morcellum fuit de resenti tenemento, videlicet, duos

quarteronos boni et receptibilis frumenti, quindecim quarteronos rassos bone avene ad mensuram Albone, et triginta unum solidos cum dimidio bone monete cursibilis in patria Vuaudi de censu annuali et perpetuo solvendos... , actum apud Mollens in domo habitacionis dicti confitentis ... presentibus ibidem dicto Stephano Cuvit eius fratre, Joheneto Terraulx, et Johanne de Frigidavilla de Ballens...

38v Petrus Grand alias Coendoz filius quondam Glaudii Grand alias Coendoz et Michael Venard suo et Glaudie eius uxor filie dicti quondam Glaudii Grand nominibus, 27 apr 1496, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in extenta et manibus Andree Perronet recognitas per Aymonetus Grand alias Coendoz, et que antiquitus fuerunt tam Johannodi et Anthonii Coendoz quam Johannodi Reymond necnon Mermete uxor Petri Burrico filie Johannodi ? Coendoz, Johannete uxor Anthonii Champanel filie dicti Johannodi Coendoz, et Anthonii Champanel, et quas tenent videlicet dictus Petrus medietatem ex successione legitima dictorum suorum predecessorum et dicta Glaudia eciam ex successione quartam partem et dictus Michael Venard aliam quartam partem ex donacione sibi fact in contractu matrimonii eorundem Michaelis et Glaudie constante instrumento dicti contractus matrimonii per Stephanum Cuvit recepto et signato, et sibi ad causam dicte donacionis in presenti extenta laudato, et quas res recognoscunt conjuntim partitas in certis locis prout infra,

Et primo, dicti Michael et Glaudia conjuges per se unam grangiam cum orto contiguo ante continentem unam fosseratam cum dimidia sitam in villa de Mollens in Angulo a parte boree juxta quandam viam publicam a borea, magnam carreriam tendentem ad villam de Monrichie a lacu, ochiam eorundem conjugum de feudo domini de Mont a vento, et casale dicti Michaelis Venard a juria.

39 Item, ipsi Petrus et alii conjuges pro indiviso simul unam posam cum dimidia terre en Ancevroz juxta terram Petri et Michaelis Mayor alias dou Verney a juria, pratum dictorum confitencium infrascriptum a lacu, pratum Jacobi et Petri Mathey a borea, et terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a vento.

Item, ipsi omnes conjunctim pro indiviso ut supra dimidiad posam terre sitam ou Soul juxta terram quondam Jaqueti Lambert quam modo tenet Stephanus Cuvit a juria, terram dicti Stephani a lacu, affrontat terre Jacobi et Petri Mathey a vento, et prato Mermeti de Curia a borea.

Item, ipsi omnes ut supra en Serzin en Longes Males ou Passioux unam posam terre juxta terram dicti Lambert quam tenet dictus Cuvit a juria, terram dictorum Mathey a lacu, affrontat iteneri publico a borea, et cuidam planchie vacanti a parte venti.

Item, ibidem dimidiad posam terre juxta terram dicti Michaelis Venard a lacu, terram Hugonet Morand a juria, affrontat vie publice a borea, et terre Petri et Michaelis Mayor a vento.

Item, ibidem unam posam terre sitam en la Prelaz juxta terram Philiberti Morellon a lacu, terram Mermeti Soudant de Villar Boson a juria, affrontat terre herendum Petri de Mont quam nunc tenet Franciscus Cuvit a borea, et terram Hugonet Morand a parte venti.

Item, ou Bon de Wespraz unam posam terre juxta pratum Johannis Costantin a juria, terram dictorum Mathey a lacu, affrontat terre eis Morellon a borea, et terre dicti Michaelis Venard a vento.

Item, loco unius pecie terre site en Champo quam tenet Mermetus de Curia, dicti confitentes tenent, de bonis et recognicione Glaudii et Petri Davoir ex excambio olim facto et sibi in presenti extenta laudato, unam posam terre cum quandam chintria prati sitam ou Bon de Wespraz juxta terram Girarde relicte Roleti Bovey a vento, terram Johannis Morellon que fuit Joheneti de Prata a borea, affrontat iteneri ex oriente, et terre dicte Girarde ab occidente.

39v Item, en Montey dimidiā posam terre juxta aquam de Lestrembloz a borea, terram dicti Michaelis Venard a vento, affrontat terre quondam Glaudii Davoir quam tenet Johannes Morellon a juria, et vie publice a lacu.

Item, en Arsillier unum morcellum ochie continentem unam fosseratam in precedentibus extentis in duabus particulis recognitum juxta terram Petri Rolet a lacu, viam publicam a juria, ochiam eis Cuvit a borea, et ochiam dicte Girarde relicte Roleti Bovey a vento.

Item, loco dicto en Posseren alias eis Chaulx unam falquatam prati juxta pratum eorundem confitentium de feudo de Mont a juria, pascuam communem a vento, pratum Johannis Costantin a borea, et pratum Stephani Cuvit a lacu.

Item, en Ancevroz tres falquatas prati in duabus particulis alias recognitas juxta marescum communem a lacu, terram dictorum confitencium suprascriptam a juria, viam publicam a borea, et pratum Francisci Cuvit a vento.

Item, en Communallies unam falquatam prati alias in precedentibus extentis in duabus particulis recognitam juxta pascuam communem a borea, pratum Francisci Cuvit a vento, terram dictorum confitencium a juria, et pratum ou Rossel a lacu, super cuius medietate et certis aliis rebus solvebatur heredibus quondam Anthonii Champanel una cupa frumenti de pensione que modo est acquisita unde in presenti recognicione satisfecerunt de laude.

Item, en Muraz en la Chinaulx duas partes unius morcelli prati indivisas cum Girarda relicta Roleti Bovey et cum loz Rossel et Gaudio Besenczon de Ballens juxta pratum dictorum Mathey a lacu et juria, viam publicam tendentem Apples a borea, et affrontat prato de la Chinaul Stephani Cuvit quod fuit Petri Joly a parte venti.

40 Item, ou Bon de Wespraz circa unam falquatam prati juxta terram dictorum confitencium suprascriptam a lacu, ly Bon de Wespraz a juria, pratum dictorum Morellon a borea, et pratum Johannis Costantin a vento.

Item, duodecim denarios Lausannenses quos asserunt sibi annuiter deberei in festo Sancti Johannis Baptiste per Johannem dictum Costantin super una ochia sita subtus villam juxta clausum heredum quondam Petri de Mollens a vento, terram dictorum Mathey seu curati de Mollens a borea, pratum seu clausum dicti Soudant a juria, et terram dictorum confitencium a lacu, quamvis modo illam teneat Girarda relicta Roleti Bovey.

Item, eis Esterpy circa sex falquatas prati alias in precedenti extenta in diversis particulis recognitas juxta aquam de Lestrembloz a lacu, pascuam communem a juria, pratum Anthonii de Curia dictum Pra de Eschanden a vento, et quendam russellum et pratum Johannis Golliard et plurium aliorum a borea.

Item, ou Gerdy alias ou Tombey dimmidiam posam terre juxta terram dictorum confitencium quam tenent ab abbacie Lacusjuriensis a vento, terram dicte relicte Roleti Bovey a borea, affrontat terre dicte relicte Roleti Bovey ab oriente, et terre Hugoneti Morand a juria.

Item, en al Crejallaz duas partes unius pose terre juxta terram Michaelis Venard a borea, terram dictorum Mathey a vento, et affrontat viis publicis a lacu et juria.

Item, res sequentes que antiquitus fuerunt Johannodi Reymond,

Primo, subtus loz Poys unam posam terre juxta terram dictorum Mathey a vento, terram Girarde relicte Roleti Bovey a borea, affrontat terre Hugoneti Morand a lacu, et terre dictorum confitencium de feudo domini de Mont a juria.

Item, en la Chargeoulaz dimidiam posam terre juxta terram dictorum confitencium infrascriptam a borea, vento, et juria, et terram heredum Petri de Mont a parte lacus.

40v Item, ou Champ du Mont duas posas cum dimidia terre in precedentibus extensis in diversis particulis recognitas juxta terram eorundem confitencium que fuit Johannis Soudant a vento, terram Petri Mayor a borea, affrontat vie publice a juria, et terre Nobilis Glaudii de Lavignye a lacu.

Item, ou Planoz unam posam cum quarto terre sitam juxta terram Glaudii et Johannis Chardon a vento, terram Girarde relicte Roleti Bovey a borea, affrontat terre dictorum Mathey a parte jurie et lacus, et terre dicti Michaelis Venard a parte jurie, et fuit in precedentibus extensis in duabus particulis recognita.

Item, en Muraz dimidiam posam terre sive falquatam prati in precedentibus extensis in duabus particulis recognitam juxta aquam dou Veron a lacu, pratum de la Rispaz Girard Nobilis Glaudii de Lavignye a juria, pratum dictorum Mathey et Johannis Costantin a borea, et aquam Veronis a parte venti.

Item, res sequentes que antiquitus fuerunt dicte quondam Mermete uxoris Petri Burrico,

Primo, en Champ Brayer unam posam terre juxta terram dictorum Mathey a juria, terram Stephani Cuvit que fuit Joheneti de Prata a lacu, affrontat terre Jaqueti Lambert quam tenet Franciscus Cuvit a vento, et terre dicti Stephani Cuvit a borea.

Item, en la Palaz unam posam terre juxta terram quam nunc tenet Anthonius de Curia et que fuit Johannodi Coendoz a vento, terram Michaelis Venard a borea, affrontat terre Johannis Costantin ab occidente, et terre dicti Venard seu confratrie a lacu.

Item, en Champ Rion dimidiam posam terre juxta terram dictorum confitencium de feudo Petri de Mont a vento, terram Johannis Costantin a borea, affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey a juria, et terre Francisci Cuvit que est de feudo dicti Petri de Mont a lacu.

Item, en la Wersiz dimidiam posam terre juxta terram dicti Francisci Cuvit de feudo dicto de Mont a juria, terram Stephani [Cuvit] que fuit Joheneti de Prata a lacu, et affrontat prato eis Morellon a vento.

41 Item, eis Folz duas posas cum dimidia terre in precedenti extenta in duabus particulis recognitas ex quibus una pars erat accensata eis Cuvit et modo dictis confitentibus remissa pro censu loco dicto en Crissie juxta terram quam tenet Hugonet Morand a Nobili Glaudio de Lavignye a vento, terram quam tenet Morellon de feudo dicti Nobilis Glaudii a borea, et affrontat viis publicis a juria et lacu.

Item, eciam res sequentes que antiquitus fuerunt Johenete filie Johannodi Coendoz uxoris Anthonii Champanel,

Primo, en Oulion unam posam terre alias in precedenti extenta in duabus particulis recognitam juxta terram Glaudii Besenczon de Ballens que fuit a Coschet a vento, terram Jacobi et Petri Mathey a borea, affrontat terre Hugonet Morand a lacu, et terre dictorum confitencium de feudo dicti Nobilis Glaudii de Lavignye a juria.

Item, en Longes Males unam peciam terre continentem quartum unius pose juxta plures contors terrarum a lacu et juria, terram dictorum confitencium a borea, et terram heredum Petri de Mont a vento.

Item, octo denarios annue pensionis sibi debitos epr Franciscum et Stephanum Cuvit de et super uno addosso terre sito en Morvel alias eis Oyes juxta terram dicti Cuvit que fuit ou Rossel a vento, terram dicti Francisci Cuvit a borea, affrontat terre Jacobi et Petri Mathey a lacu, et carreriam publice a juria.

Item, en Longboy una posam terre cum quadam chintria prati contigua juxta terram Johannis Folliet a parte boree, terram Philiberti Morellon a vento, viam publicam a parte lacus, et terram Johannis Juenyn que est de feudo de Mont a juria.

Item, ou Bon de Wespraz unam posam terre cum quadam chintria prati contigua continente dimidiata falquatam prati juxta viam publicam a juria, terram Petri Rolet a lacu, affrontat prato Mermeti de Curia a borea, vie publice a parte venti.

41v Item, en Muratel unam posam terre juxta terram Jacobi et Petri Mathey a borea, terram Girarde relicte Roleti Bovey a vento, aquam de Lampraz a lacu, et affrontat terre dictorum Mathey ab occidente.

Item, ou Bioux unam posam terre cum dimidia et una chintria prati contigua juxta terram Francisci Cuvit a parte lacus, plures contors terre et prati a juria, pratum Francisci Cuvit a borea, et aquam de la Chamberoteriz a vento.

Item, en la Wersiz dimidiam posam terre quam alias tenebant Mondetus et Anthonius de Prata pro quinque denariis pensionalibus nunc vero pro dicta pensione remissam juxta terram Jacobi et Petri Mathey a borea et uria, terram Mermeti de Curia quam tenet a Nobili Gaudio de Lavignyer a vento, et aquam Veronis a lacu.

Item, eis Folz dimidiam falquatam prati juxta pratum heredum Nobilis Petri de Mont a borea et juria, pratum dictorum Mathey a vento, et terram Stephani Cuvit a lacu.

Item, eciam res sequentes que antiquitus fuerunt tam dicti Johannodi Coendoz quam Anthonii Champanel,

Primo, dimidiam posam terre sitam en la Mellerinaz juxta terram Petri Rolet a borea, plures contors terrarum a vento, terram heredum Johannodi Moschon de Montericherio a lacu, et viam publicam a juria.

Item, soz loz Chaney unam posam cum dimidia terre juxta terram dictorum confitencium a vento, terram seu nemus Petri Rolet que fuit Johannodi Bocton a lacu et juria, et terram dictorum confitencium a borea.

Item, ibidem subtus loz Chaney unam peciam terre juxta terram dictorum confitencium a vento, terram quondam Perroneti dicti Grantvaulx de Monrichie a borea, viam tendentem a villa de Mollens ad Monrichie a juria, et terram dictorum confitencium ex oriente.

Item, desoz loz Chaney ibidem unam peciam terre continentem unam posam terre vacantem juxta terram Perroneti Beatrix quondam a borea, terram dictorum confitencium et plures contors a vento, viam publicam a juria, et terram dictorum confitencium a lacu.

42 Item, ou Wa de la Malagnyz unam posam terre juxta aquam de la Malagnyz seu terram quondam Renauldi Bocton a borea, terram Domini Montisricherii a vento, et affrontat vie publice a parte jurie.

Item, en Girardonex dimidiam falquatam prati loco dicto ou Curson juxta pratum et terram Petri Rolet a juria, pratum quondam Mermerii Burrico a lacu, viam publicam a borea, et terram Johannis Licion a vento, quam modo occupant Johannes Jaquier et eius frater de Monrichie titulo sibi confitentibus ignoto.

Item, en Crevacueur unam posam terre vacantem juxta terram heredum Renauldi Bocton a borea, et terram Domini Montisricherii a vento.

Item, dilay de Montey duas posas terre vacantes juxta terram Johannis Costantin a lacu, terram Jacobi et Petri Mathey a juria, et terram Anthonii de Curia que fuit Henrici Chapponet a borea et vento.

Item, et generaliter omnes et singulas alias res et possessiones quascunque tenent et tenebat dictus quondam Aymonetus Grant in villa et territorio de Mollens exceptis hiis que de alterius feudo moveri reperiuntur, pro quibus premissis rebus omnibus et singulis debere

confitetur dicti Petrus Grant et Michael Venard suo et dicte eius uxoris nominibus eisdem dominis et suis successoribus, inclusis primo octo solidis undecim denariis dimidia cupa avene ad cumulum et dimidia cupa avene ad rasum pro rebus que fuerunt quondam Johannodi Coendoz primolimitatis, sex denariis pro terra de la Crejallaz, quatuor solidis septem denariis et dimidia cupa avene pro aliis rebus que fuerunt dicti Johannodi Reymond, quatuor solidis septem denariis et dimidio raso avene pro aliis rebus que fuerunt Mermete uxoris Petri Currico, sex solidis uno obolo uno raso avene et dimidia cupa avene ad cumulum pro aliis rebus que fuerunt Johenete uxoris Anthonii Champanel, et decem solidis et octo denariis pro aliis rebus que fuerunt Johannodi Coendoz et Anthonii Champanel ultimo limitatis, et eciam pro certis rebus jam dudum alienatis pro quibus ad presens supportant onus census videlicet, pro quodam casali grangie quod est subtus ecclesiam et quodam alio casali quod fuit a Lamaron que duo casalia tenet dictus Michael Venard et recognovit.

Item, pro quadam terra sita en Champ Brayer quam tenent les Mathey et recognovint.

Item, una pecia terre sita en Sersin et una alias en Vouldrin quas tenet Hugonet Morand nomine Michaelis de Pleit deductis eisdem tribus denariis per Henricum Enchonczard de Montericherio pro quadam terre sita en Vouldrin supra Condeminam Domini Montisricherii quam tenet, sex denariis per Johannis Jaquier de Monrichier pro una falquata prati sita en Girardonex quam tenet, sex denariis per Aymonem Mestrault et eius uxorem filiam Francisci dicti Nicollin pro certis rebus quas tenent, et tribus denariis per Anthonium de Curia nomine Henrici Chapponet pro quadam terre sita en la Palaz quam tenet, videlicet novem quarteronus cum dimidio rasos bone avene receptibilis mensure Albone, et triginta tres solidos novem denarios cum obolo bone monete cursibilis in Waudo de censu annuo et perpetuo solvendos...

Item magis, tenent et se tenere confitentur ut supra res sequentes que fuerunt de bonis et recognicione quondam Johannis Soudant ex acquisitis per dictum quondam Glaudium Grant patrem ipsorum Petri et Glaudie factis,

Et primo, en la Grossaz Pierraz duas posas terre juxta terram eis Chardon que fuit ou Mecieux a borea, terram quondam Jaqueti Lambert quam nunc tenet Franciscus Cuvit a vento, pascuam communem a juria, et terram eis Mathey a lacu.

43 Item, ibidem circa duas falquatas prati juxta pratrum Girarde relicte Roleti Bovey quod dicitur de feudo esse Nobilium de Albona a vento, aquam de Lestrembloz a borea, pratrum eis Morellon a juria, et terram ecclesie a lacu.

Item, en la Gottaz unam posam terre juxta terram quondam Jaqueti Lambert quam nunc tenent les Morellon a borea, terram Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a vento, et pascuam communem a jurano.

Item, en Maleye dimidiad posam terre juxta terram dictorum confitencium a borea et lacu, terram ecclesie a vento, et carreriam publicam a juria.

Item, unum morcellum orti situm prope domum dictorum confitencium juxta carreriam publicam a lacu, ortum Michaelis de Pleit seu Hugonet Morand et dictorum confitencium a

borea, ochiam dictorum confitencium a juria, et ochiam dictorum confitencium a vento, et continet dimidiam fosseratam quas res tenent salvo reacheto perpetuo per quod Johannes Costantin poterit redimere quotam pro quota ex pacto in presenti extenta facto, pro ipsis totis ? rebus debere confitentur qua diu ipsos tenebunt in exoneracionem censum dicti Soudant facta equancia ut decuit videlicet tres solidos bone monete cursibilis de censu ut supra solvendos, et est sciendum quod super tribus peciis primo scriptis sunt sexdecim libre et super Malleye vigintiquatuor solidi, et super orto trigintasex solidi ut constant licteris dictorum acquisitionibus jam nuper laudatis et confirmatis.

Item magis, tenent et se tenere confitentur ut supra res sequentes alias per Johenetum de Prata recognitas et quas tenet virtute cessionis per Liquetam uxorem Petri Mareschaul de Arnex filiam quondam Poncele uxoris dicti Joheneti de Prata facto dicto quondam Glaudio Grant de rebus infrascriptis super quibus dictus quondam Johenetus assignaverat duodecim libras dotales constantibus instrumenti exhibitis et laudatis,

43v Et primo, unam posam cum dimidia terre et orti sitam en Forchie ubi solebat esse domus quondam Aymonodi Gollion juxta casale quondam Petri Davoir quod nunc tenet Johannes Salliet a borea, terram Stephani que fuit Joheneti de Prata et est de feudo Morgie seu de Mont a vento, affrontat terre eis Mathey a lacu, et vie tendenti ad Biroulaz a juria, sub annuo censu duodecim denariorum Lausannensium bonorum et supra solvendorum.

Item, dimidiam posam terre sitam supra molendinum juxta terram eis Mathey a borea, terram Nobilis Glaudii de Lavignyer a vento, affrontat aque Veronis ex oriente, et prato et terre dictorum Mathey a juria.

Item, ibidem unam chintriam prati continentem circa dimidię falquatam juxta pratum Stephani Cuvit quod fuit a Joly ex una, aquam dou Veron a lacu, et terram prescriptam a juria, sub annuo et perpetuo censu inclusis sex denariis pro dicta chintria de novo in presenti extenta impositis abbergando eisdem dictam chintriam cum non esset in suis licteris et residuo pro terra, videlicet duodecim denarios Lausannenses de censu ut supra solvendos.

Item, en Destellet alias en Champ Clavel unam posam terre juxta terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a juria, terram Petri et Michaelis Mayor a lacu, affrontat terre heredum Petri de Mont a borea, et terre Francisci Cuvit a vento, sub annuo et perpetuo censu facta equancia cum aliis ut decet decemocto denariorum Lausannensium bonorum ut supra solvendorum.

Item, de eisdem bonis dicti quondam Joheneti de Prata ex acquisito facto a Nicodo dicto Bertolet et eius uxoris causam habentibus a dicto Joheneto de Prata in presenti extenta exhibito et laudato, unam peciam terre sitam en Champ Rion continentem unam posam juxta terram Johannis Costantin a borea, terram eorundem confitencium a vento, affrontat terre Francisci Cuvit de feudo Petri de Mont a lacu, et terram Philiberti Morellon ab occidente tenent in quam ... (blank space, apparently incomplete).

44 Item, tenent et se tenere confitentur ut supra de bonis et recognicione Glaudii et Petri Davoir ex acquisito sub tamen reacheto precio quatuor librarum facto per Aymonetum ? Grand a Glaudii Davoir constante instrumento per Johannem Querdoux recepto et signato et sibi

olim laudato, unam peciam terre sitam en Lonchamp alias en Condoz continentem unam posam juxta terram Johannis Costantin a lacu, terram dictorum Mathey a juria, et affrontat terre Stephani Cuvit a borea et vento, quas autem census supportat Jaquemetus Costantin racione reacheti, et est sciendum quod in lictera comprehenditur una alia pecia sita en Champ Rion que est reempta per Mermetum de Curia unde restat prescripta pro duabus libris tantum... , actum apud Mollen supra cimisterium ... presentibus ibidem Jacopo Mathey et Udrico Costantin...

45 Michael Venard alias de Lappra (=de la Praz) filius quondam Michaelis Venard de Mollens, suo et neptis sue filie Johannis Venard quondam nominibus, die festi Sancti Marci evangeliste (25 apr) 1496. (ACV C VII a 726, 19 apr 1450, and C VII a 725, 13 apr 1450, mention Michel and Jean dits Vignard, sons of Johannod dit de la Praz de Mollens and his wife Jeannette. Michel had already reached the age of majority, so he must have been born before 1425. The present Michael must be his son, grandson of Johannod.) Res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in manibus quondam Andree Perronetii quondam commissarii presencium extenterum recognitas per Johenetum et Michaelem Venard predictum, et quas tenet maxime dictus Michael ex successione legitima dicti sui patris asserens posse dotare dictam eius neptem extra bona,

Et primo, unum morcellum orti continentem dimidiata fosseratam vel circa situm in villa de Mollens qui antiquitus fuit Huguete filie Humberti Pastour retro domum ou Rossel cum quo partitur a parte boree, ruetam dicti Petri Rossel ad eundem ad quoddam casale dicti Rossel a parte lacus, et semitam tendentem ad Montemricherum a juria, tenet in quam sub anno et perpetuo censu cum directo dominio trium denariorum cum obolo Lausannensium bonorum solvendorum per eundem confitentem nomine quo supra et suos eisdem dominis Romanimonasterii in manibus eorum recepto et annualiter et perpetue in festo Nativitatis Domini.

45v Item magis, quoddam casale domus situm subtus ecclesiam de Mollens que antiquitus fuerunt Johannodi Coendoz et Johenete eius sororis uxoris Anthonii Champanel juxta cimisterium seu quandam viam communem a parte occidentis, viam publicam a parte boree, et domum seu grangiam dicti confitentis et eius uxoris a lacu, et ochiam liberorum Glaudii Grant que est de feudo quondam Johannis de Mollen a vento.

Item, unum casale quod antiquitus fuit dicti Amaron ad ochiam reddactum (=reductam) situm juxta viam publicam tendentem ad montanam a vento, terram dicti confitentis quam dicit moveri de feudo Morgie seu de Mont a borea, et affrontat ochie Johannis Costantin a lacu, que duo casalia fuerunt dictorum Johannodi Coendoz et Anthonii Champanel, et ipsa tenet sub censibus per eundem confitentem et Petrum Grand supra recognitis.

Item, loco unius essin terre siti en la Palaz quem tenet Franciscus Cuvit tenementarius bonorum quondam Jaqueti Lambert, tenet dictus confitens de bonis dicti Lambert ex excambio jam dudum facto et sibi in presenti extenta laudato, unam posam terre sitam eis Rippes juxta terram dicti confitentis de feudo Morgie a vento, planchias vacantes a borea, affrontat terre dictorum Mathey a lacu, et commune a juria, sine onere census.

Item, tenet de bonis et recognicione quandam Alexie filie Jaqueti de Mediavilla ex accensamento perpetuo jam dudum facto unam posam terre sitam en la Goctaz juxta terram Stephani Cuvit que fuit Johneti de Prata a juria, pratum Girarde relicte Roleti Bovey a vento seu lacu, et viam publicam a vento, super qua solvit Hugoneto Morand et Anthonio de Curia quatuor denarios de pensione annuali, et ideo supportant onus census.

Item, tenet et se tenere confitetur de bonis et recognicione Petri Mathey alias de Ballen ex excampbio perpetuo inter eundem confitentem seu eius predecessores et liberos dicti Petri Mathey facto in contrarium unius pecie en Pontet que non est de presenti feudo et sibi in presenti extenta laudato unum morcellum ochie situm in villa de Mollens in Angulo a parte boree continentem dimidiam fosseratam et plus qui solebat esse domus juxta viam publicam a parte vento, ochiam pratinam eis Morellon a borea, ochiam dictorum Morellon ex oriente, et curtinam domus dicti confitentis a juria, sub censu per Jacobum et Petrum Mathey recognito quem supportant pro eodem confitente ad presens..., actum apud Mollens supra cimisterium dicti loci... presentibus ibidem Francisco Cuvit et Johanne dicto Costantin de Mollens...

47     Jacobus et Petrus liberi quandam Petri Mathey alias de Ballens, 26 may 1496, res et possessiones sequentes sitas et jacentes in villa et confinio de Mollens alias in manibus Andree Perroneti ... recognitas per Mermetum Noblet eorundem confitencium tutorem, et quas tenent ex successione legitima suorum predecessorum, et que antiquitus fuerunt tam Rolete filie Johannodi Gollion quam Johannete de Bruyt, Jaqueti Mathey, et certorum aliorum, (ACV C VII a 821, 03 dec 1460, includes Françoise widow of Petrus Mathey de Mollens. It is likely that this is the same Pierre Mathey who appears in C VII a 689, 16 aug 1447, son of the late Michel Matheys. From this, we infer that Petrus Mathey died between 1447 and 1460, and that his widow Françoise probably remarried to Mermetus Noblet.) (At the end of this reconnaissance, note the presence of Glaudius Bolley, their *sororius*, presumably meaning that he was the husband of their sister. In the next terrier, Fg 52, the son ? of that Glaudius is called Glaudius Bolley alias Mathey.)

Et primo, quandam domum cum casali, curtina, et pertinenciis sitam in villa de Mollens que antiquitus fuit Johanete de Bruyt juxta viam publicam a borea, clausum dictorum confitencium infrascriptum a vento, viam publicam a lacu, et casale Johannis Folliet a juria, et includitur infra dictos limites una ochia ante dictam domum.

Item, res sequentes que fuerunt dicte Rolete,

Primo, unam ochiam sitam apud Mollen continentem circa dimidiam posam in precedentibus extensis in diversis particulis recognitam juxta domum Johannis Costantin a borea, terram ecclesie de Mollen a vento, affrontat vie publice ab oriente seu lacu, et cuidam alteri vie tendenti ad montanam a juria.

Item, ibi prope versus casale a Lamaron unam posam terre vel crica in precedenti extenta in diversis particulis recognitam juxta terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a lacu, plures contors terrarum des Rippes a juria, affrontat terre Johannis Costantin a vento, et commune a borea.

47v Item, en Fontannallan tres posas terre vacantes juxta terram confratrie et terram Anthonii de Curia que fuit a Chapponet a lacu, viam publicam a juria, affrontat terre Petri Rolet a vento, et terre eis Morellon a borea.

Item, en Vouldrin unam posam terre vacantem viam publicam a juria, terram Hugoneti Morand a lacu, pascuam communem a vento, et terram Stephani Morand de Monrichie a parte borea.

Item, ou Planoz unam posam terre vacantem juxta terram Johannis Costantin a juria, terram Philibert Morellon a lacu, affrontat terre Michaelis de Pleit seu Hugoneti Morand a borea, et terre Michaelis Venard a parte venti.

Item, ibidem duas posas terre vacantes pro presenti in precedentibus extensis in duabus particulis recognitas juxta terram Girarde Davoir relicte Roleti Bovey a vento, terram Mermeti de Curia a parte borea, affrontat terre dictorum confitencium que fuit Glaudii de Frigidavilla a lacu, et terre Philiberti Morellon a juria.

Item, en Longboy duas posas terre vacantes in precedenti extenta in duabus particulis recognias juxta terram Johannis Costantin a vento, terram seu nemus Petri Rossel a borea, affrontat vie publice tendenti a villa de Ballens ad Lilam a lacu, et terra dicte Girarde relicte Roleti Bovey a juria.

Item, en Bontamo unam posam terre juxta terram quam tenet Stephanus Cuvit de feudo Petri de Mollens a vento, terram Philiberti Morellon a borea, affrontat super loz Bontamo a juria, et terre Johannis Soudant quam tenent liberi Glaudii Grand a lacu.

Item, en Ochon (elsewhere Ouchon) dimidiam posam terre juxta terram Philiberti Morellon a borea, aquam dou Veyron a vento, affrontat terre Johannis Costantin a lacu, et terre Petri Rossel a uria.

48 Item, ibidem en Ochon quartum unius pose terre vacantem juxta terram Johannis Costantin a juria, et terram heredum quondam Johannodi de Granson a lacu, quem ingorant et alias confines.

Item, ou Bon de Wespraz en la Prelaz unam posam terre juxta terram dictorum confitencium de alio feudo a borea, terram Johannis Morellon que fuit Joheneti de Prata a vento, affrontat vie publice ab oriente, et terre hredum Petri de Mont quam tenet Franciscus Cuvit a juria.

Itme, ou Chanoz ou Clinsel dimidiam posam terre et prati juxta terram Michaelis Venard a borea, terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a vento, affrontat prata Johannis Costantin a lacu, et prato Nobilis Glaudii de Lavignyer quod fuit Petri de Mont a juria.

Item, en al Wersiz dimidiam posam terre juxta terram Petri Grand que fuit Joheneti de Prata a vento et lacu, terram Hugoneti Morand a borea, et pratum dictorum liberorum a juria.

Item, en Muratel unam posam terre juxta terram Hugonet Morand a lacu, terram dictorum liberorum de alio feudo a juria, affrontat terre Girarde relicte Roleti Bovey a borea, et terre eiusdem Girarde que fuit Francesie uxoris Petri Joly a vento.

Item, ibidem dimidiā posam terre juxta terram heredum Petri de Mont a borea, terram Francisci Cuvit que fuit a Lambert a vento et lacu, et affrontat terre ipsorum liberorum a parte jurie.

Item, ultra villam et subtus domum ipsorum confitencium suprascriptam unum clausellum continentem duas falquatas prati qui solebat esse terra in precedenti extenta in duabus particulis recognitum juxta viam publicam tendentem ad Beriam a lacu, pratum seu clausellum Johannis Folliet quod tenet ipsi confitentes a juria, affrontat dicte domi a borea, et terre Stephani de Albona quam tenet Girarda relicta Roleti Bovey a borea.

48v Item, en Malleye unam posam terre alias in precedenti extenta in duabus particulis recognitam juxta terram liberorum Glaudii Grand que fuit a Soudant a borea, clausum quem tenet dicta Girarda relicta Roleti Bovey et fuit ? dicti Soudant a vento, et affrontat carriere publice a juria, quam tamen tenet curatus ipsius loci de Mollens ex quodam legato sub spe tamen reempcionis fiende.

Item, medietatem pro indiviso cum dicto Johanne Costantin unius falquate prati site en Revers juxta pratum dicti Costantin quod aliquando tenebat curatus de Pampignie a borea, pratum eis Morellon a vento, pratum Petri Mayor de Ballens junioris quod tenet a Nobili Gaudio de Lavignye a lacu, et terram dicti Costantin a parte jurie.

Item, en Longi Malaz unam falquatam prati juxta pratum quondam Jaqueti Lambert quod tenet Franciscus Cuvit a juria et vento, pratum ou Rossel et Johannis Costantin a lacu, pratum Girarde relicte Roleti Bovey et pratum es Morellon a borea, quam ignorant et credunt esse in dumis.

Item, ou Natey unam falquatam prati in precedenti extenta in duabus particulis recognitam juxta pratum dicte Girarde relicte Roleti Bovey a borea, pratum Francisci Cuvit quod fuit a Lambert a vento et juria, et pratum ou Rossel a lacu.

